Quelle:
Copyright:



Histor. Lucretia.

249a-251a

4.

Historia Lucretiæ matronæ Romanæ, additis intra textum et in margine adnotationibus, plerumque ad Etymologiam vocum spectantibus. Titulus est: "Horatius de Lucretia romana pudicissima". Initium: "Lucretia romanæ pudicitiæ dux egregia". Finis: "Sed conservata sit romana libertas". In eo scriptor noster hallucinatur, quod Horatium, qui nunquam Lucretiæ in scriptis suis meminit, authorem hujus historiæ exhibet. Agunt de illa Livius l. 1. c. 57. 58. 59. Dion. Halic. l. 4. p. 262. Flor. l. 1. c. 7. et 24. Val. Max. l. 6. c. 1. 1. item Plutarch. S. Aug. Tertull. Ovid.

Not. Horatii loco legendus est Boccacius author libri de claris Mulieribus, cujus præsens scriptum autumo fragmentum. Idem author decantati Decamerone vivere desiit Certaldi an. 1375. vid. Trithem. Cap. 647.

Virgilii Moretum.

252a-255b

5.

Virgilii Maronis Moretum, poema. Titulum habet: "Moretum Virgilii"; et incipit: "Jam nox hibernas bis quinque peregerat horas". Finitur: "Atque agit in segetes, et terræ condit aratrum". An genuinus sit Virgilii partus, inter eruditos nondum liquet. Habetur in edit. Veneta per Jacobum Zubeum, 1475. Sed inter Catalecta, edit. Opp. Virgilii curante Burmanno, Amstel. 1746. 4. non reperitur.